



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 6. Cæsarei Caraffæ electioni incassum obluctantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæc. XVI. Principes a Julio III. fuerant vexati.
A.C. 1555. Hac ergo spe animatus Cardinalis Bel-
lajus Caraffæ electionem ardenti studio
promovere satagebat.

§ VI.
*Cæsarei Caraffæ electioni incassum
obluctantes.*

Ceterum Cardinales Cæsari addisti
nullum ex suis numerabant, qui con-
stanter in concepta sententia perstisset;
comperta enim hac rerum vicissitudine
adeo turbati hærebant, ut iidem, quid
confilii caperent, ignari per minima e-
tiam obstacula deterrentur: tandem
vero, cum Gallos adeo cunctanter ele-
ctionem urgere cernerent, animo erecti,
Caraffæ electionem evertere statuunt,
hancque in rem quemdam Cardinalem
natione Gallum proponunt, duosque
Cardinales Riccium, primum Montis Po-
litiani Episcopum, & Cornarum, seu
Cornelium ad Farnesium alegant, si-
gnificantes, sese cuicunque, quem ipse
nominaverit, suffraguratos, dummodo
Carassa excluderetur: sollicitabant e-
tiam Cardinales Sanctæ Floræ, & Tri-
dentinus Sabellium, & Cardinalem San-
cti Angeli, sed oleum, operamque per-
diderunt: unde Cæsarei spe sua deji-
ciebantur, cum suorum præcipuos in di-
versa abire, ac nequidem Cæsareæ vo-
luntatis

luntatis rationem habere cernerent: alios
 vero non paucos hinc inde titubare ex-
 perirentur, nihilominus Caraffæ Car-
 dinalis fautores utpote ad omnia in-
 tenti ad eos Moronum Cardinalem de-
 cernebant, ut eos partim precibus, par-
 tim minis ad sua studia pertraherent;
 ast incassum ceciderunt omnia, unde
 res admiratu digna erat, quod una ex
 parte Galli frustra rigente opposita fa-
 ctione unice ideo Caraffæ pertinaciter
 adhæserint, ut se prævaluuisse gloriari
 possent: altera vero ex parte Cæsarei
 illum a Papatu constanter excluserint,
 quamvis ipsis etiam invitis eundem
 eligi probe cognoscerent. (*)

Sæcul. XVI.

A. C. 1555.

§. VII.

*Cardinalis Caraffa assumpto Pauli IV.
 nomine in Papam electus.*

Cete-

(*) Tota hujus conclavis descriptio me-
 rito inter Fabulas, licet minus artificiose con-
 sarcinatas rejicienda est, cum rursus Conti-
 nuator Pallavicinum solum alleget, ille vero
 nec verbum quidem de ejusmodi artibus
 proferat, alios autem Scriptores Continuator
 pro more suo non adducit, forte, ne ex hæ-
 dera vinum acidum dignosci valeat.

Hist. Eccles. Tom. XLII.

N